

V. 1^a F.

(cat. 4, 10-33^b)

7

SYNOPSIS STATUTORUM A STUDIOSIS ACADEMIÆ LIPSIENSIS OBSERVANDORUM.



I. **DEUM** omnes sancte ac pie colant, abstineantque ab iis, quibus Sanctissimum illius Numen violari potest, ut sunt blasphemiae in DEUM, deprecationes non necessariae, execrationes & imprecationes male, contemptus rerum divinarum, confabulationes in templis, aliaque devotionem ac cultum religiosum turbantia.

II. Post DEI cultum proxima Studiosi cura in eo versetur, ut lectiones sibi necessariae audiat; in primis autem Publicas Professorum lectiones frequentet.

III. Nullus alterum injuria sive reali, sive verbali afficiat, verberet, affligat, aut quovis modo laedat; nullus etiam tumultuetur, aut impetum in quamcunque domum faciat, vel quicquam eorum, quae collocari ante aedes solent, ut sunt vasa, verricula, plaustra & similia evertat, auferat, amoveat; quilibet etiam intermittat turpi mulierum consuetudine uti, tabernas vinarias frequentare, ludos inhonestos exercere, potationibus vacare, clamores & vociferationes diu nocturne, aut strepitum armis, aut quascunque turbas excitare, clausas Collegiorum fores pultare, & si quae alia his congenere lasciviae & exorbitantis juventae sunt delicta.

IV. Nullus conventuum, conspirationum, consensionumque, quibus communitas haec perturbari possit, autor sit vel inceptor, aut chartas conspiratorias conscribat, proponatve publice, aut clanculum dispergat.

V. Nemo vadimonium, seu arrestum, uti communiter vocant, cui jurejurando se obstrinxit, deserat. Nam alias ter de more citabitur, & si minus se stiterit, relegabitur; quod ipsum & illi eveniet, qui citatus arresti aut promeritae poenae metu auferit.

VI. Nul-

VI. Nullus famosos libellos componat, & clam palamve edat; quivis potius hos tollat, auferendoque supprimat, aut Rectorem hac de re certiozem reddat,

VII. Relegatus ad certos annos intra oppidum ultra diem discessioni præfinitum non remaneat, nec discedens tumultuose aut inusitate deduci se permittat, nec ante finitum poenæ tempus in oppidum reverti audeat, nisi ab Universitate hac rescindi ut membrum putridum velit.

VIII. Nullus in homicidio, furto, alioque simili atrociori delicto deprehendi se patiatur, nisi in gravissimas alias legibus constitutas poenas incursum.

IX. Ne quis alterum, sive ex nostris, sive externum extra aedes aut urbem aut quemcunq; alium in locum ad certamen armorum aut pugnam provocet, aut evocet, nec, hoc ut faciat, ulli instigando, impellendo, aut quacunque ratione & opera promovendo, aut non etiam pro sua virili prohibendo adjuvet; ne quis etiam ab alio provocatus exeat; nam sive congregiantur & certent, sive forte dirimatur prælium, in eum eosve poena ex Concilii publici decreto statuetur.

X. Quilibet Civium nostrorum indecorum & minus dignum Studioso vestitum fugiat.


XI. Nullus Studiosorum absque nominis sui apud Rectorem professione in Academia hac commoretur, sed quam maturrimè fidem ei solenni Sacramento obstringat.

XII. Citatus ad Rectorem compareat, citandus alias publice, vel ob contumaciam plane relegandus.

XIII. Nullus actione vel vindicta impetat directè vel indirectè, per se vel per alium, verbo vel factò, eum vel eos, à quibus multatus punitusque fuerit, quive in multis ac poenis statuendis & exigendis consilium operamque dederint.

XIV. Nemo Rectori aut assessoribus illius in jurisdictione sua exercenda, aut fontibus poenas infligendo, aut easdem exequendo sese opponat, illosque impediatur, nisi perjurii reus velit peragi.

XV. Ne quis sponfos & convivas nuptiales, eos item, qui funera comitantur, sceminini præsertim sexus, ullo modo turbet, impediatur, aut molestia aliqua afficiatur; multò minus ad nuptias ipsas nisi invitatus accedat.



SYNOPSIS STATUTORUM A STUDIOSIS ACADEMIÆ LIPSIENSIS

OBSERV



DEUM
colar
bus Sa
potest
eratio
imprec
vinaru

devotionem ac cultum relig

II. Post DEI cultum
tur, ut lectiones sibi necessari
Professorum lectiones frequ

III. Nullus alterum
ficiat, verberet, affligat, aut
tumultuetur, aut impetum
quicquam eorum, quæ coll
verricula, plaustra & similia
etiam intermittat turpi mu
vinarias frequentare, ludos
vacare, clamores & vocifer
armis, aut quascunque turb
res pultare, & si quæ alia h
juventæ sunt delicta.

IV. Nullus convent
numque, quibus commun
vel inceptor, aut chartas cor
publice, aut clanculum di

V. Nemo vadimor
vocant, cui jurejurando se c
more citabitur, & si minùs
& illi eveniet, qui citatus ar
fugerit.



pie
qui
violari
M, de
nes &
um di
s, aliaq;
verfe-
ablicas
ali af-
etiam
ciat, vel
t vasa,
quilibet
bernas
onibus
epitum
um fo-
bitantis
sensio-
tor fie
onatyve
muniter
s ter de
ipsum
etu au-
I, Nul-

709

4,22

22

